PETRONII

ARBITRI MASSILIENSIS SATYRICI FRAGMENTA, RESTITVTA ET AVCTA,

E Bibliotheca Iohannis Sambuci.



ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini,
M. D. LXV.

AD CLARISS. VIRVM IOAN. SAMBVCVM.

EN vestro redit arbitrio, Sambuce, politus
  Arbiter, & criticos exiit ipse stilos.
Scilicet inieciſſe tuos, dum iſtuc rediturit,
  Perſpicies, medicas ad'q. bibuiſſe manus.
Namque vnus flos chalcographôn Plantinius omnium
  Communi æterna dum ſtudet arte bono;
Et ſua dum limata tibi, quem dotibus auctum
  Præclaris ſeruet Iuppiter vſque, parat:
Ocius ergo ſuos adit, & compellat amicos,
  Symbola conferret vt ſua quiſque, monet.
Iunius extremis ſua mittit ab vſque Batauis:
  Memmius & (qui vtinam plura aliquando daret)
Gallicus adſpergit: quin & Craneburgius: inde
  Nos etiam, vt conſtet ſymbola, noſtra damus.
Sic poſitis nouus exuuiis redit Arbiter: adfert,
  Dat'que tibi guſtum ſymbolæ, & arbitrium:
Atque, his delitiis rogat vt ſatiatus, amicorum
  Agnoſcas fidas pæonias'que manus.
Ante alios cupit hoc Giſanius; optat amicis
  Qui dudum miſerè adſcribier, eſſe tuus
Eſſe tuus cupit: & non ſim re dignus vt apſe;
  Certè animi ſtudium, quod pote, polliceor.
Sponſor erit Carus (ni fallit) idoneus; & cui
  Nomen agellus, libris Attica terra dedit.

Tui ſtudioſiſſ.

Ob. Giſanius.

D. IOAN. LISTHIO

SECRETARIO, ET CONSILIARIO CAESAREAE MAIESTATIS, AMICO VETERI SVO IOAN. SAMBVCVS PAN.

SYLVVLAM hanc Satyricam, eruditam, & variã, adeoq; ob fictas narratiunculas, nec vulgaria imitationis poeticæ quædam exempla, inſignem, reſtitutam, ac pænè integrã ad te mitto. Nam cũ ante annos 45 de vnico exemplari manu ſcripto Lutetiæ impreſſa eſſet, & nulla linea ſine mendis, aut aliquo defectu legeretur: hortatu Pulmani, viri doctiſſimi, qui aliquot Hadriani Iunij, (quẽ honoris, & amicitiæ cauſſa, eruditionisq; nomino) obſeruationes, atq; etiam ſuas mihi oſtenderat, cum vetuſto meo codi-

ce diligenter contuli, integras paginas addidi, loca præter alios plus quã 50 restitui, vt nihil ad sensum, & auctoris probitatem in his reliquiis lector sit requisiturus. Hanc opellam tibi voui, meq́;, vt facis, redamare ne desistas. Viennæ 1564 in festo Martini, cuius ad celebritatem hos versiculos subiicio.

Sic tibi Martinus discissa veste probetur,
Sincerum vt misero cor tribuisse velis.
Hoc eques insignis voluit, tenuitq; sacerdos,
Exemploq; lubens conscia turba monet.
Additur huic anser vigil, et Capitolia seruãs,
Sobrius vt tractes relligionis opus.
Hoc decus æternũ suscepit Pannona tellus,
Italiam vt doceat, Gallica regna beet.
Ne tamẽ omnino veterũ spernamus honores,
Largiùs, & purè proluito ora mero.

PETRONII ARBITRI VITA.

PETRONII Arbitri vitam deſcribere in tanta tẽporum obſcuritate perdifficile eſt. Ne tamen nihil dicamus, Petroniam gentem Romæ inluſtrem inuenio. nam Petronius Voluſianus Conſul fuit imperante Gallieno anno Chriſti 262. Eodem aut paullo ante tempore floruiſſe noſtrum non dubito. Nam ex hoc fragmento ſatis apparet reip.Ro. à Chriſtianis principibus nullam dum factã fuiſſe mutationem.meminit crucis & etiam iudicũ ex equeſtri ordine ſumptorũ. ridet & formulas iudiciorum. Deinde teſtimonia ex eo proferunt Terentianus & Macrobius. illum ego cum Gyraldo Cypriani; hunc Prudentij facio æqualem. Aliorum autem ar-

gumẽta refellere nõ eſt locus. Diſertũ vocat Petronium Maurus; nã& ex libello hoc videtur verſatus in declamationibus; poſteaque ſe contuliſſe ad hoc ſatyricum ſcribendi genus, Lucianũ, ſeu potius Luciũ Appuleiũ imitatis. nã & Lucianæ improbitatis, & Pſyches (de qua Appuleius) meminit. Scripſiſſe etiã de Maſſilienſibus, ait Seruius; & his verſiculis indicat Sidonius.

—Et Maſſilienſium per hortos
Sacri ſtipitis Arbiter colonum,
Helleſpontiaco parem Priapo.

Quibus locis cõfirmari videtur vulgi opinio hunc Maſſiliẽſem exiſtimantis fuiſſe. quãquã, vt dixi, Petronia gens Romę fuerit nobiliſſima, cùm & Turpiliani, Mamertini, Septimiani, & Voluſiani, omnes ex hac gẽte fuerint cõſules: quidquid ſit, nos vulgarẽ opinionem ſecuti ſumus. De iſto autem opere, lector, ipſe ſis arbiter, & vale.

PE-

PETRONII ARBITRI SATYRICI FRAGMENTA.

** multa videtur deesse. hæc, quæ initio posita sunt declamationis sunt fragmenta.*

CVM alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui clamant: hæc vulnera pro libertate publica excepi; hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam succisi poplites membra non sustinent. hæc ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent. nunc & rerum tumore, sentẽtiarum vanissimo strepitu, hoc tantum proficiunt, vt cùm in forum venerint, putẽt se in alium terrarum orbem delatos. Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in vsu habemus, aut audiunt aut vident; sed piratas cum catenis in litore stantes; sed tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis, vt patrum suorum capita præcidant; sed responsa in pestilentiã data, vt virgines tres aut plures immolentur; sed mellitos verborũ globulos, & omnia dicta, factaque quasi papauere, & sam psucho sparsa. Qui inter hæc nutriuntur, nõ magis sapere possunt, quàm bene olere, qui

in culina habitant. Pace vestra liceat dixisse, primi omnium eloquentiam perdidistis. *leuibus enim atq; inanibus sonis ludibria quędam excitando effecistis, vt corpus orationis eneruaretur, & caderet. nondum iuuenes declamationibus continebantur, cùm Sophoclès, aut Euripides inuenerunt verba, quibus deberent loqui. nondum vmbraticus doctor ingenia * deleuerat, cùm Pindarus, nouemque Lyrici Homericis versibus canere timuerunt. & ne poëtas solùm ad testimoniũ citem, certè neq; *Platona, neq; Demosthenem ad hoc genus exercitationis * accessisse. & iam grandis & * ideo, vt ita dicam, pudica oratio nõ est maculosa, nec turgida; sed naturali pulcritudine exsurgit. nuper ventosa, & enormis loquacitas Athenas ex Asia commigrauit, animos iuuenum ad magna surgens, veluti pestilenti quodam sidere afflauit. Simulatque corrupta eloquentiæ regula stetit, & obmutuit; quis postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit? Ac ne carmen quidem sani coloris enituit: sed omnia, quasi eodem cibo pasta, non potuere vsque ad senectutem canescere. Pictura quoque non alium exitum fecit, postquá Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam inuenit. Non passus Agamennó me

*f. lenibus

*f. delauerat

*f. Plato neque demosthenes.

*f. accessisset. nam grandis.

*ita vet. cod. vulg. velut.

me diutius declamare in porticu, quàm ipſe in ſchola ſudauerat: ſed adoleſcens, inquit, quoniam ſermonem habes non publici ſaporis,&c,quod rariſſimum eſt, amas bona men-*tem; non fraudabo te arte ſecreta. nimirum in his exercitationibus doctores peccant, qui neceſſe habent cũ inſanientibus furere. Nã qui dixerint quæ adoleſcẽtuli probent, vt ait Cicero; ſoli in ſcholis relinquentur. ſicut ficti adulatores cum cenas diuitum captant, nihil prius meditantur, quàm id, quod putant gratiſſimum auditoribus fore: nec enim aliter impetrabunt, quod petunt; niſi quaſdam inſidias auribus fecerint: ſic eloquentiæ magiſter niſi, tanquam piſcator, eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos; ſine ſpe prædæ moratur in ſcopulo. Quid ergo eſt? parentes obiurgatione digni, qui nolunt liberos ſuos ſeuera lege proficere. Primùm enim ſicut omnia, ſpes quoq; ſuas ambitioni donant. deinde cùm ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum impellunt. * qua nihil eſſe maius confitentur pueris indunt adhuc naſcentibus. Quòd ſi paterentur laborum gradus fieri, vt ſtudioſi iuuenes lectione ſeuera irrigarentur; vt ſapientiæ præceptis animos componerent; vt verba atroci ſtylo effoderent; vt, quod vellent

*quia

*videtur quid deeſſe.

imitari,diu audirent: sibi nihil esse magnificum,quod pueris placeret: iam illa grandis oratio haberet maiestatis suæ pondus. nunc pueri in scholis ludunt: iuuenes ridentur in foro;& quod vtroque turpius est, quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult. Sed ne me putes improbasse studium Lucianę improbitatis,quod sentio & ipse carmine effingam.

* *f. ardet. vt alterum sit ex glossa.*

Artis seueræ si quis amat effectus,
Mentemque magnis applicat, prius more
Frugalitatis lege polleat exacta:
Nec curet alto regiam trucem vultu;
Cliensque cenas impotentium captet;
Nec perditis addictus,obruat vino
Mentis calorem; néue plausor in scæna
*Sedeat redemptus, *histrioniæ addictus.*
*Sed siue armigeræ *arrident Tritonidis arces;*
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenumque domus:det primos versibus annos,
Mæoniumque bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege, mutet habenas
Liber,& ingentis quatiat Demosthenis arma.
Hinc Romana manus circumfluat; & modò Graio
Exonerata sono mutet suffusa saporem.
Interdum subducta foro det pagina cursum;
Et fortuna sonet celeri distincta meatu.
Dent epulas,& bella truci memorata canore:

* *ita vet. cod. vulg. histrionea.*
* *ita ex coniectura. vulg. rident.*

Gran-

Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.
His animum succinge bonis. sic flumine largo
Plenus, Pierio diffundes pectore verba.

Dum hoc diligentius audio, non notaui mihi *Ascyltæ fugam: & dum in hoc dictorum æstu in hortis incedo, ingẽs scholasticorum turba in porticum venit, vt apparebat ab extẽporali declamatione. nescio cur quis Agamemnonis suasoriam excepit. Dum ergo iuuenes sententias rident, ordinemque totius dictionis infamant; oportunè subduxi me, & cursim Ascyltam persequi cœpi. sed nec viam diligenter tenebam, quia nec quo stabulum esset, sciebam. itaque quocunque ieram, eodem reuertebar. donec & cursu fatigatus, & sudore iam madens, accedo aniculam quandam, quæ agreste olus vendebat. te rogo, inquã, mater, nunquid scis vbi ego *habitẽ? Delectata illa vrbanitate tam stulta, & quid ni sciam, inquit? consurrexitque, & cœpit me præcedere. ducturam ego putabam. & subinde vt in locum secretum venimus, centonem anus vrbana iniecit: & hic, inquit, debes habitare. cùm ego negarem me cognoscere domum, video quosdam inter viculos, nudasq; meretrices furtim cõspatiantes. tardè, imò iam serò intellexi me in fornicem esse deductum. execratus itaque aniculæ insidias,

*De Ascylta nulla ante mẽtio. unde perspicuum est deesse multa.

†vulg. habito.

ſidias, operui caput: & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem. cùm ecce in ipſo aditu occurrit mihi *æquè lapſus, ac moriens Aſcylta: putares ab eadem anicula eſſe deductum. itaque vt ridens eum conſalutaui, quid in loco tam deformi faceret, quæſiui. Sudorem ille manibus deterſit; &, ſi ſcires, inquit, quæ mihi acciderunt. quid noui, inquam, ego? At ille deficiens, cùm errarem, inquit, per totam ciuitatem, nec inuenirem quo loco ſtabulum reliquiſſem; acceſſit ad me paterfamiliæ, & ducem ſe itineris humaniſſimè promiſit. amfractus deinde obſcuriſſimos egreſſus, in hunc locum me perduxit: prolatoque *peculio, cœpit rogare ſtuprum. iam ille mihi iniecerat manum, & niſi valentior fuiſſem, dediſſem pœnas, cùm ego proclamarem, gladiũ ſtrinxit: &, ſi Lucretia es, inquit, Tarquinium inueniſti.

*id eſt, qui vt ego aberrauerat.

* ita v.c. vul. pecuo. f. peniculo.

Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat?
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi qui Cynica traducunt tempora cena,
Non numquam nummis verba ſolent emere.
Ergo iudicium nihil eſt, niſi publica merces,
Atque eques, in cauſſa qui ſedet, empta probat.

Sed vt primùm Gytonis præparata nos impleuimus cena, hoſtium non ſatis audaci ſtrepitu impulſum exſonuit. Cùm & ipſi

ergo

ergo pallidi rogaremus, quis eſſet; aperi, inquit, iam ſcies; dumq́ue loquimur, ſera ſua ſponte delapſa cecidit;remiſſæq́ue ſubitò fores admiſerũt intrantem. mulier autem erat operto capite,illa ſcilicet, quæ paullò ante cũ ruſtico ſteterat,& me deriſiſſe,inquit vos putabatis? ego ſum ancilla Quartillæ. cur vos ſacram ante cryptam turbaſtis? ecce ipſa venit ad ſtabulum,petitq́ue vt vobiſcum loqui liceat.nolite perturbari;nec accuſat errorem veſtrum,nec punit: imò potius miratur,quis Deus iuuenes tam vrbanos in ſuam regionem detulerit. Tacentibus autem adhuc nobis, & ad neutram partem aſſentationem flectentibus,intrauit ipſa vna comitata virgine: ſedensq́ue ſuper torum meum, diu fleuit, ac ne tunc quidem nos vllum adiecimus verbum: ſed attoniti * exſpectauimus lacrimas ad oſtenſionem doloris paratas. Vt ergo tam ambitioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput:& manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum ſtrictis, quænam eſt,inquit,audacia? aut vbi fabulas,& anteceſſura latrocinia didiciſtis? miſereor mediusfidius veſtri: neque enim impunè quiſquam,quod non licuit, adſpexit. vtique noſtra regio tam pręſentibus plena numinibus, vt faciliùs poſſis deum quàm hominem inuenire.

*ſpectauimus

uenire. Ac ne me putetis vltionis caussa huc venisse, ætate magis vestra commoueor, quã iniuria mea. imprudentes enim, vt adhuc puto, admisistis inexpiabile scelus. ipsa quidẽ illa nocte vexata, tã periculoso inhorrui frigore, vt tertianę etiã impetũ timebã; & ideo medicinã somno petij, iussaq; sum vos perquirere, atq; impetũ morbi mõstrata subtilitate lenire. sed de remedio nõ tã valde laboro. maior enim in pręcordiis dolor sæuit, qui me vsque ad necessitatẽ mortis deducit, ne scilicet iuuenili impulsu licẽtiã, quã in sacello Priapi vidistis, vulgetis, deorumq; cõsilia proferatis in populũ. protẽdo igitur ad genua vestra supinas manus, petoq; & oro, ne nocturnas religiones, iocũ, risumq; referatis; neue traducere velitis tot annorũ consilia secreta, quæ vix mille homines nouerũt. Secũdũ hãc deprecationẽ lacrimas rursus effudit, gemitibusq; largis cõcussa tota facie ac pectore, torũ meum pressit. Ego eodẽ tẽpore & misericordia turbatus, & metu, bonũ animũ habere eã iussi; & de vtroq; esse securã: nam neq; sacra quẽquã vulgaturũ, & si quod præterea aliud remedium ad tertianã deus illi mõstrasset, adiuuaturos nos diuinam prudentiam vel periculo nostro. Hilarior post hãc pollicitationẽ facta mulier, basiauit me spissius, & ex lacri-

mis

mis in riſum mota, deſcendentes ab aure capillos meos tentata manu duxit. Si, inquit, non annuiſſetis de hac medicina, quam peto: iam parata erat turba in craſtinum, quæ & iniuriam vindicaret, & dignitatem.

Contemni turpe eſt, legem donare ſuperbum,
Hoc amo, quòd poſſum qualibet ire via.
*Nam ſanè & ſapiens contemptus iurgia *flectit.*
Et qui non vigilat, victor obire ſolet.

**f. plectit' 1. nectit. ita Ouid. lib. 2. Amor. nectere iurgia dixit.*

Comploſis deinde manibus in tantum repente riſum effuſa eſt, vt timeremus. idem ex altera parte & ancilla fecit, quæ prior venerat. idẽ virgũcula, quæ vnà intrauerat. omnia nimio riſu exſonuerãt. cùm interim nos, quæ tã repentina eſſet mutatio animorũ facta, ignoraremus; ac modò noſmet ipſos, modò mulieres intueremur, ac ne Gyton quidẽ vltimus riſum tenuit. Vtique poſtquàm virguncula ceruicem eius inuaſit, & non repugnanti puero innumerabilia oſcula dedit, ſtabat inter hæc Gyton, & riſu diſſoluebat ilia ſua. Itaque conſpicata eum Quartilla, cuius eſſet puer diligentiſſima ſciſcitatione quæſiuit. Cùm ego fratrem meum eſſe dixiſſem, quare ergo, inquit, me non baſiauit? vocatumque ad ſe in oſculum applicuit. Mox manum dimiſit in ſinum, & pertracto vaſculo tam rudi, hoc, inquit, bellè cras in promulſi-

de

de libidinis nostræ militabit. hodie enim post asellum, diaria non sumo. Cùm hæc diceret, ad aurem eius Psyche ridens accessit, & cùm dixisset nescio quid, ita ita, inquit Quartilla, bene admonuisti. cur non, quia bellissima est occasio, deuirginatur Panichidis nostra? Continuoque producta est puella satis bella, & * quia non plus quàm septem annos habere videbatur, * & ea ipsa quę cum Quartilla venerat in nostram cellam. Plaudentibus ergo vniuersis, & postulantibus, nuptias fecerunt. Obstupui ego, & nec Gytona verecundissimum puerum sufficere huic petulantiæ affirmaui; nec puellam eius ætatis esse, vt muliebris patientiæ legem posset accipere. Itaque, inquit, Quartilla, minor est quàm ego fui, cum virum passa sum! Iunonem meam * iratam habeã, si me vnquam meminerim virginem fuisse. nam infans cum paribus inquinata sum; & subinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto natum prouerbium illud * dicatum, vt possit taurum tollere, quæ vitulum sustulerit. Igitur ne maiorem iniuriam in scorto frater acciperet, cõsurrexi ad officium nuptiale. Puellæ caput inuoluerat * flammeo iam embasico: ætas præferebat facem. iam ebriæ mulieres

*f. qua

*f. vt

* ita coniectura ducti scripsimus. ita & Eras. in Prouerb.

Eras. vt posse dicatur.

* f. flammeolum basium.

res longum agmen plaudentes fecerunt; thalamumq́; inceſta exornauerunt veſte. Tum Quartilla iocantium quoque libidine accenſa & ipſa ſurrexit, correptumq́ue Gytona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnauerat puer, ac ne puella quidem triſtis expauerat nomen nuptiarum. itaque cùm incluſi iacerent conſedimus ante limen thalami. Et imprimis Quartilla per rimam improbè ductam applicuerat oculum curioſum, luſumq́ue puerilem libidinoſa ſpeculabatur diligentia. me quoque ad idem ſpectaculum lenta manu traxit. & quia conſiderantiũ hæſerant vultus, quicquid à ſpectaculo vacabat, commouebat obiter labra, & me tanquam furtiuis ſubinde *oſculis verberabat. comprobamus factum, varioq; ſermone *garrimus: & poëtarum cœpit eſſe mentio, diuq; ſumma carminis penes *Morſum Thracem commorata eſt, donec Trimalchio, rogo, inquit, magiſter, quid putes inter Ciceronẽ & Publium intereſſe. Ego alterum puto diſertiorẽ eſſe, *alterum honeſtiorem. quid enim his meliùs dici poteſt?

*ita v.c. vul. oculis.
*Deeſſe quid videtur.
*f. Mopſum
*ſ. Publium.

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia.
Tuo palato clauſus pauo naſcitur, Publij verſus.
Plumato amictus aureo Babylonico,
Gallina tibi Numidica, tibi Gallus ſpado.

Ciconia etiam grata peregrina hospita,
ista v.l.
*Pietatis cultrix * gracilipes,crotalistria,*
Auis exul hiemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.
Quô margarita cara tribacca,ac Indica?
An vt matrona ornata faleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in strato extraneo?
Smaragdum ad quam rem viridẽ? preciosum vitrũ?
Quô Carchedonios optas ignes lapideos,
Nisi vt scintillent? probitas,est carbunculus.
ista leg. sualet ratio carminis. vulg. inducere.
*Aequum est * induere nuptam ventum textilem,*
Sic v.l. vul. una.
*Palam prostare nudam in nebula * linea.*
Nomen amicitiæ si quatenus expedit, heret;
Calculus in tabula nobile ducit opus.
Cum fortuna manet,vultum seruatis amici;
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.
ex, ait, fecimus, agit, ut sæpè alias.
*Grex * agit in scæna mimum; pater ille vocatur.*
Filius hic; nomen diuitis ille tenet.
Mox vbi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies,dissimulata perit.

videntur deesse nonnulla.

Nec diu tum lacrimis * indulsi, sed veritus ne Menelaus etiam, aut Scolanius inter cetera mala solum me in diuersorio inueniret,collegi sarcinulas,locumque secretum & proximum litori mæstus conduxi. ibi triduo *inclusa redeunte in animum solitudine, atque contemptu, verberabam ægrum planctibus pectus.

f. inclusus.

Qui pelago credit, magno se fenore tollit:
Qui pugnas & castra petit, præcingitur auro:
Vilis adulator picto iacet ebrius ostro:
Et qui sollicitat nuptas, ad præmia peccat.
*Sola pruinosis *horret facundia pannis,* *ita v.c. vul. heret.
Atque inopi lingua desertas inuocat artes.

Non dubiè ita est. sed qui vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ cœpit inspipere, primùm propter morum differētiam, odium habet. quis enim potest probare diuersa? deinde qui solas exstruere diuitias curāt, nihil volūt inter homines melius credi, quā quod ipsi tenēt. Iactātur itaq; quacunq; *ratione possunt litterarū amatores, vt videantur illi quoque infra pecuniam positi. Priscis enim temporibus cùm adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum sæculis diu lateret. Itaque *harcula herbarum omnium succos Democritus expressit; & ne lapidum virgultorumq; vis lateret, ætatem inter experimenta consumpsit. Eudoxus quidem in *cacumen excelsissimi montis * conscendit, vt astrorum cæliq; motus deprehenderet. & Chrysippus vt ad inuentionem sufficeret, ter elleboro animū detersit. Verū vt ad plastas reuertar*, statuæ vnius lineamētis inherentē inopia exstinxit: &

*ita vet. cod.

*ita v.c. vul. hercula alis genera herbarum. f. Hercules alius seu alis herb. &c. f. Hercule herb. &c.

*v.c. cacumine

*v.c. consenuit.

*deest quid f. nomen plastus

& Myron, qui penè hominum animas, ferarumq́ue, ære comprehendit, non inuenit heredem. At nos vino ſcortiſq́ue demerſi ne paratas quidē artes * auemus cognoſcere, ſed accuſatores iniquitatis vitia tantū docemus, & diſcimus. vbi eſt dialectica? vbi aſtronomia? vbi ſapientia, cōſultiſſima via? quis, * inquam, venit in templū, & votum fecit, ſi ad eloquentiam perueniſſet? quis, ſi philoſophię fontē attigiſſet? ac ne bonā quidē valitudinē petūt, ſed ſtatim antequā limē Capitolij tāgant, alius donū promittit, ſi propinquū diuitē extulerit; alius, ſi theſaurū effoderit; alius ſi ad trecēties ſeſtertiûm ſaluus peruenerit. ipſe ſenatus recti honeſtiq́ue præceptor, mille pōdo auri * Capitolio promittere ſolet: & ne quis dubitet pecuniam concupiſcere, Iouem quoque peculio * exorat. Noli ergo mirari, ſi pictura deficit, cum omnibus diis hominibuſq́ue formoſior videatur maſſa auri, quàm quicquid Apelles, Phidiaſq́ue Græculi delirantes fecerunt. ſed video te totum in illa herere tabula, quæ Troiæ haloſin oſtendit: itaque conabor opus verſibus pandere.

Iam decima mæſtos inter ancipites metus
Phrygas obſidebat meßis, & vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu:
*Cum Delio * præſante, ferro cæſi vertices*

*ita coniectura ducti ſcripſimus. vulg. auderous

*f. vnquam.

*f. Capitolino f. Ioui.

*f. exornat.

*f. fante. vel ferro, fortaße irrepſit ex gloſſa.

Idæ

Idæ trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurabant equum.
*Aperitur ingens *caſtrum, & obducti ſpecus,* *ſ. clauſtrum
Qui caſtra caperent. huc decenni prœlio
Irata virtus abditur. ſtipant graues
*Receſſus Danai, *& in voto latent.*
O patria, pulſas mille credidimus rates,
Solumque bello liberum, hoc titulus fero
**Intus, hæc ad fata compoſitus Sinon,* *ſ. iuuat ut.
Firmabat & mendacium in damnum potens,
Iam turba portis libera, ac bello carens:
Iam vota properant: fletibus manant genæ,
Mentiſque pauidæ gaudium lacrimas habet,
Quas metus abegit. namque Neptuno ſacer
Crinem ſolutus omne Lacoon replet
Clamore vulgus, mox reducta cuſpide
*Vteri notauit: fata ſed * tardant manus,*
**Lætuſque reſilit, & dolis addit fidem.*
Iterum tamen confirmat inualidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat. fremit
Captiua pubes intus, & dum murmurant,
Roborea moles ſpirat alieno metu.
Ibat iuuentus capta dum Troiam capit,
Bellumque totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra, celſa qua Tenedos mare
*Dorſo repleuit, tumida * cùm ſurgunt freta,*
Vndaque reſultat ſciſſa tranquillo minor.
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus

*ita coniectura ducti hunc locum ſcripſimus & interpunximus.
*ſ. Læſuſque.

* ita coniectura ducti ſcripſimus. vulg. conſurgunt.

Longè refertur, cùm premunt classes mare,
Pulsumque marmor abiete imposita gemit.
Respicimus, angues orbibus geminis ferunt
Ad saxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates vt altæ, lateribus spumas agunt.
Dat cauda sonitum: liberæ ponto iubæ
Consentiunt: luminibus fulmineum iubar
Incendit æquor, sibilisque vndæ tremunt.
Stupuere mentes. infulis stabant sacri
*v.c. gemini *Phrygioque cultu *gemina nati pignora*
Lacoonti: quos repente tergoribus ligant
Angues corusci. paruulas illi manus
Ad ora referunt; neuter auxilio sibi,
*ita v.c. vul. pias. *Vterque fratri: transtulit * pietas vices,*
Morsque ipsa miseros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberûm funus parens,
Infirmus auxiliator. inuadunt virum
*f. pasti *In morte *pasci membraque ad terram trahunt.*
Iacet sacerdos inter aras victima,
Terramque plangit. sic profanatis sacris
Peritura Troia perdidit primùm deos.
Iam plena Phœbo candidum extulerat iubar,
Minora ducens astra radianti face;
Cùm inter sepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant claustra, & effundunt viros.
Tentant in armis se duces, ceu vbi solet
Nudo remissus Thessali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere ad excussum iubas.

Gladios

Gladios retractant, commouent orbes manus,
Bellumque ſumunt. hîc graues alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem vltimam
Somnos: †at aris alius accendit faces, *itav.c.vulg. ouaris.f.ab aris.
Contraque Troas Troïa inuocant ſacra.

O felicem, inquit, matrem tuam, quæ te talem peperit. macte virtute eſto, raram *facit mixturam cum ſapientia forma. Itaq; ne putes te tot verba perdidiſſe, amatorem inueniſti. ego laudes tuas carminibus implebo; ego pædagogus, & cuſtos, etiam quò nõ iuſſeris, ſequar. nec iniuriam Circlopius accipit; alium amat. Profuit etiam Eumos miles ille, qui mihi abſtulit gladium, alioquin quoque animum, quẽ aduerſus Aſcyltan ſumpſeram in Eumolpi ſanguinem exercuiſſem. nec fefellit hoc Gytona. itaque extra cællam proceſſit, tanquam aquam peteret. Iram itaque meam prudenti abſentia exſtinxit. Paullulũ ego intepeſcente ſæuitia, Eumolpe, inquam, iam malo vel carminibus loquaris, quàm eius nomine tibi vota proponas, & ego iracundus ſum, tu libidinoſus. Vide quam non conueniat his moribus. putas igitur me furioſum eſſe; reddo inſaniæ *fidem, ocyus foras exi.

*videtur deeſſe multa.
*v.c.peperit.
*v.c.idem

Dum hæc famula inter amantes ludit, di-*uerſitor cum parte cenulę interuenit; contẽ-

*videntur deeſſe multa.

platuſque fediſſimam volutationem iacentium, rogo,inquit, ebrij eſtis, an fugitiui, an vtrumque? quis autem grabatum illum erexit?aut quid ſibi tam furtiua molitio?vos me hercules ne mercedem cællæ daretis,fugere nocte in publicum voluiſtis, ſed nō impunè. iā enim faxo ſciatis nō viduæ hāc inſulā eſſe, ſed M. Mannicii. Exclamat Eumolpus, etiā minaris? ſimulque os hominis palma excuſſiſſima pulſat.ille tot hoſpitum potionibus liberum vrceolum fictilē in Eumolpi caput ia culatus eſt,ſoluitque clamantis fron■, & de cælla ſe proripuit.Eumolpus contumeliæ im patiens rapit igneum candelabrum, ſequiturque abeuntem, & creberrimis ictibus ſupercilium ſuum vindicat.fit concurſus familiæ, hoſpitumque ebriorum frequentia. ego autem nactus occaſionem vindictæ, Eumolpum excludo: redditaque *ſcortillo vice,ſine æmulo ſcilicet & cęlla vtor,& nocte.Interim *lictores,inſulariique mulcant excluſum, & alius veru * eſcis ſtridentibus plenum in oculos eius intentat; alius furca de carnario ra pta,ſtatum prœliantis componit. anus præci puè lippa ſordidiſſimo linteo præcincta ſollers, impar viribus, *impoſuit canem ingentis magnitudinis catena trahit, inſtigatq; in Eumolpum. ſed ille candelabro ab omni ſe peri-

*v.q.ſcordalo
*ita v.vul. collores.
*Sic coniectura ducti ſcripſimus.vulg. actu.
*for.impos.canem.nam verba ſunt omnia præſentis componit, trahit,&c.

periculo defendebat. videbamus nos omnia per foramē valuæ, quod paullò ante anſa hoſtij diſrupta laxauerat; fauebamque ego vapulanti. Gyton autem non oblitus miſericordię ſuæ, reſerandum eſſe hoſtium ſuccurrendumque periclitanti cenſebat. ego durante adhuc iracundia non continui manus, ſed caput miſerātis ſtricto acuto articulo percuſſi. & ille flens quidem conſedit in lecto. ego autem alternos opponebam foramini oculos, iniuriam * Eumolpo aduocationemque commendabam: cùm procurator inſulæ Bargates à cena excitatus, à duobus lecticariis in mediam rixam perfertur: nam erat etiam pedibus æger. Is vt rabioſa, barbaraque voce in ebrios fugitiuoſque diu perorauit, reſpiciens ad Eumolpum, ô poëtarum, inquit, diſertiſſimè, tu eras? & non diſcedunt ocyus nequiſſimi ſerui, manuſque continent à rixa? Stante erga vtraque acie, cum appareret futurum bellum; ægrè expugnauit gubernator, vt caduceatoris more Triphena inducias faceret, data acceptaque ex more patrio fide, protendit ramum oliuæ, à tutela nauigij raptum, atque in colloquium venire auſa,

Quis furor? exclamat, pacem conuertis in arma?
Quid noſtræ meruere manus? non Troius heros
Hac in claſſe vehit decepti pignus Atridæ;

** ita coniectura ducti reſtituimus. & inf. Eumolpus dicitur periclitātium aduocatus & dux. vulg. Eumolpi.*

B 5 *Nec*

Nec Medea furens fraterno sanguine pugnat;
Sed contemptus amor vires habet, & mihi fata
Hos inter fluctus. quis raptis euocat armis
Cui non est mors vna satis? †nec vincite potum,
Gurgitibusque feris alios imponite fluctus.

*v.l. me. totus hic locus mend. f. pontum

Hæc vt turbato clamore mulier effudit: hesitque paulisper acies, reuocatæque ad pacem manus intermisere bellum: vtitur pœnitentiæ occasione dux † Eumolpos; & castigato ante vehementissimè Licha, tabulas federis signat, queis hæc formula erat. Ex tui animi sententia Tryphena * vti neq; iniuriã tibi factam à Gytone queraris; neque si quid ante hunc diem factum est, obiicies, vindicabísue, aut vllo alio genere persequendum curabis. & tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, non osculum, non coitum Venere constrictum, nisi pro qua re præsentes numeraueris centũ denarios. Itẽ Licha ex tui animi sentẽtia, vt tu Eumolpõ, nec uerbo contumelioso insequeris nec vultu; neque quæres vbi nocte dormiat; aut si quæsieris, pro singulis iniuriis numerabis prę sentes denarios ducentos. In hæc verba federibus compositis, arma deponimus. Exsonat ergo cantibus totum nauigium. & quia repentina tranquillitas intermiserat cursum, alius exultans quærebat fuscinis pisces; alius hamis

†vul, Eumolpo.

*ita restituinꝰ cũ in v. c. esset, vbi.

hamis blandientibus compellebat prædam repugnantem. Ecce etiam per antennam † pelagiæ consedere volucres, quas tectis arundinibus peritus artifex tetigit. illæ viscatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, pennasque per † inania inani spira torquebat. Iam Lichas redire mecum in gratiam cœperat. iam Tryphena Gytona extrema parte potionis spargebat; cùm Eumolpus & ipse vino solutus, dicta voluerit in caluos × stigmososque iaculari; donec consumpta frigidissima vrbanitate, rediit ad carmina sua; cœpitque capillorum elegidarion dicere.

*ita v.c. vul. pelagi

*ita vulg. in v.c. maria.

*ita ex coniectura. vulg. stiginosesque f. etiam, erginososq;. Ergini cani prouerbio sunt noti.

Quod solum formæ decus est, cecidere capilli;
Vernantesque comas tristis abegit hiems.
Nunc vmbra nudata sua iam tempora mærent:
Areaque attritis ridet adusta pilis.
O fallax natura deûm; quæ prima dedisti
Aetatis nostræ gaudia, prima rapis.
†Infelix, modò crinibus nitebas,
Phœbo pulcrior, & sorore Phœbi:
At nunc læuior ære, vel rotundo
Horti tubere, quod creauit vnda;
Ridentes fugis, & times puellas.
Vt mortem citius venire credas,
Scito iam capitis perisse partem.

* ita hos versus scripsimus vulg. perturbatus est ord. & scripturæ.

Plura

Plura volebat proferre credo & ineptiora præteritis, cùm ancilla Tryphena Gytona in partem nauis inferiorem ducit *corymbioq; dominæ pueri adornat caput. imo supercilia etiam profert de pyxide *sciteque iacturæ lineamenta secuta, totam illi formam suam reddidit. Agnouit Tryphena verum Gytona; lacrimisque turbata, tunc primum bona fide puero basium dedit. Ceterum Eumolpos & periclitantium aduocatus, & præsentis concordię auctor, ne sileret sine fabulis hilaritas; multa in muliebrem leuitatem cœpit iactare: quàm facile adamarent; quàm citò etiam filiorum obliuiscerentur; nullamque esse feminam tam pudicam, quæ non peregrina libidine vsque ad furorem auerteretur. nec se tragœdias veteres curare, aut nomina sæculis nota, sed sua memoria facta; quæ expositurum se esse, si vellemus audire. Conuersis omnium in se vultibus, auribusque, sic exorsus est. Matrona quædam Ephesi tam notæ erat pudicitiæ, vt vicinarum quoque gentium feminas ad spectaculum sui euocaret. hæc ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari * more funeris officium sparsis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere; in conditorium etiam prosecuta est defunctum. positumque in hy pogæo

* ita. v. l. corymbiũ est ornamẽtum capitis muliebre deminutum, à corymba., ut τραπέζιον à τράπεζα, &c.

* ita v. l. vul. scita f. etiam, facture. vt in noct. Att. f. etiam, natura

* vide Seruiũ in Virg.

pogæo Græco more, corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque cœpit. sic afflictantem se, ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui. magistratus vltimo repulsi abierunt. complorataque singularis exempli femina ab omnibus, quintum iam diem sine alimento trahebat. Adsidebat ægræ, fidissima ancilla, simulque & lacrimas *commundabat lugentis, & positũ in monumento * lumen renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat; solum videlicet adfulsisse verum pudicitię amorisque exemplum omnes ordines cõfitebantur. cùm interim imperator prouinciæ, latrones iussit crucibus adfigi, secundum illam casulam, in qua recens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte cum miles, qui crucem seruabat, ne quis ad sepulturam corpus detraheret, notasset ibi sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audisset; vitio gentis humanæ concupiit scire, quis aut quid faceret. descendit igitur in conditorium; visaque pulcerrima muliere, primò quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit, deinde vt & corpus iacentis conspexit, & lacrimas considerauit, faciemque vnguibus sectam; ratus scilicet id quod erat, desyderium

*ita partim ex vet. co partim coniectura ducti restituimus. Commundare & Columell. & Vlp. l. 14. vbi tamẽ male vulg. commendandum, vsus est.

* De huiusmodi luminibus. Lucia. Dio, Persius, &c.

exſtincti non poſſe feminá pati;attulit in monumentum cenulam ſuam ; cœpitq́; hortari lugentem,ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo ac nihil profuturo; gemitu pectus deduceret : omnium eundem eſſe exitum ; ſed & idem domicilium:& cetera,quibus exulceratæ mentes ad ſanitatẽ reuocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa , lacerauit vehementiùs pectus,ruptosq́; crines ſuper pectus iacentis impoſuit . non receſſit tamen miles, ſed eadẽ exhortatione tentauit dare mulierculæ cibum.donec ancilla vini certè ab eo odore corrupta,primùm porrexit ad humanitatem inuitantis*victa manum.deinde refecta potione & cibo , expugnare cœpit dominæ pertinaciã. *& quid proderit, inquit,hoc tibi,ſi ſoluta inedia fueris?ſi te viuam ſepelieris?ſi antequam fata poſcant, indemnatũ ſpiritũ effuderis ? id cineres aut manes ſepultos credis ſentire?vis tu reuiuiſcere? vis tu diſcuſſo muliebri errore,quã diu licuerit, lucis cõmodis frui?ipſum te iacentis corpus commouere debet,vt viuas. Nemo inuitus audit, cũ cogitur aut cibum ſumere aut viuere. itaque mulier aliquot dierum abſtinentia ſicca, paſſa eſt frangi pertinaciam ſuam; nec minus auidè ſe repleuit cibo,quàm ancilla,quę prior *victa eſt. Ceterum ſcitis quid plerumque ſoleat

*vul. victa manu.

*f. ecquid

*vulg. quod.

leat tentare humanam satietatem. quibus blanditiis impetrauit miles, vt matrona vellet viuere; iisdem etiam pudicitiam eius aggressus. nec deformis aut infacundus iuuenis castæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente, placitó ne etiam pugnabis amori? nec venit in mentem, quorum consederis aruis? Quid diutius moror? ne hác quidem partem corporis mulier abstinuit, victorque miles vtrumque persuasit. Latuerunt ergo vnà non tantùm illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die; præclusis videlicet conditorij foribus; vt si quis ex † ignotis cognatisq; ad monumentum venisset, putasset exspirasse super corpus viri pudicissimam vxorem. Ceterum delectatus miles & forma & secreto, quicquid boni per facultates habere poterat, coëmebat; & prima statim nocte in monumentum ferebat. Itaque * cruciati vnius parentes, vt viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem, supremoque mandauerunt officio. At miles circumscriptus, dum residet, vt postero die vidit vná sine cadauere crucem; veritus supplicium, mulieri quod accidisset, exponit: nec se expectaturú iudicis sententiam, sed gladio ius dicturum ignauiæ suæ: † commodè ergo illa perituro locum,

*f. notis.

*.i. in crucem acti

*ita v.c. vul. commodes

locum, & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minus misericors quã pudica; nec istud dij sinant, vt eodem tempore duorum mihi carissimorum hominũ duo funera spectem: malo mortuum impẽdere, quàm viuum occidere. Secundum hanc orationem, iubet ex arca corpus mariti sui tolli, & illi cruci, quæ vacabat, adfigi. vsus est miles ingenio prudentissimæ feminæ. posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset ad crucem. Risu excepere fabulam nautæ, & erubescente non mediocriter Tryphena, vultum suum super ceruicem Gytonis amabiliter posuit. At non Lichas risit, sed iratum commouens caput, si iustus, inquit, imperator fuisset, debuit patrisfamiliæ corpus in monumentum referre, mulierem adfigere cruci. *Non dubiè redierat in animum edile, expilatumq; libidinosa migratione nauigium, sed nec federis verba permittebat meminisse; nec hilaritas, quæ præoccupauerat mentes, dabat iracundiæ locum. Ceterũ Tryphena in gremio Gytonis posita, modò implebat osculis pectus, * modò cõcinnabat spoliatum crinibas vultu. Multos, inquit Eumolpus, iuuenes carmen decepit: nã vt quisque versum pedibus instruxit, sensumque *teneriorem verborum ambitu intexuit, putauit

*f. quid deest.

*ita vet. cod. vulg. interdũ concernebat.

*f. teneriore.

tauit ſe continuò in Heliconem veniſſe. ſic forenſibus miniſteriis †exercitati, frequenter ad carminis* tranquillitatem, tamquā ad portum faciliorem refugerunt; credétes faciliùs poëma exſtrui poſſe, quàm controuerſiā vmbrātibus ſentētiolis pictam. Ceterū neq; generoſior ſpiritus ſanitatē amat, neq; concipere aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti flumine litterarum inundante. effugiendū eſt ab omni verborum, vt ita dicam, vilitate; & ſumendæ voces à plebe ſummotæ, vt fiat, Odi profanum vulgus, & arceo. præterea curandum eſt, ne ſententiæ emineant extra rationis modum expreſſæ, ſed intexto verſibus colore niteant. Homerus teſtis, & Lyrici, Romanuſque Virgilius, & Horatij curioſa felicitas. ceteri autem aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen; aut verſum timuerunt calcare. Ecce belli ciuilis ingens opus quiſquis attigerit, niſi plenus litteris fuerit, ſub onere labetur. non enim res geſtæ verſibus comprehendendæ ſunt, quod longè meliùs hiſtorici faciunt quàm poëtæ: ſed per ambages, deorumque miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus; vt potius furentis vaticinatio appareat, quàm religioſæ orationis ſub teſtibus fides. iamq; ſi placet hic impetus, etiam ſi non

*f. exerciti. i. defeſſi.

*quedam deeſſe videntur.

* ita vet. c. à vulg. abſunt, quam poëta.

dum recepit vltimam manum.*

Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terræ, qua sidus currit vtrunque,
Nec satiatus erat. grauidis freta pulsa carinis
*Iam *peragrabantur, si quis sinus abditus vltrà.*
Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hostis erat; fatisque in tristia bella paratis
Quærebantur opes. non vulgo nota placebant
Gaudia, non vsu plebeia trita voluptas.
** Aes pyreum conlaudabat miles in vnda.*
Quæsitus tellure nitor certauerat ostro.
*Hinc Numidæ *acusatius, illinc noua vellera Seres,*
Atque Arabum populus sua despoliauerat arua.
*Ecce aliæ clades *elisæ vulnera pacis.*
*Quæritur in siluis *arcu fera, & vltimus Hammon*
Afrorum excutitur, ne desit bellua dente
*Ad mortes preciosa * famens; premit aduena classes*
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula;
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.
*Heu pudet *effari, perituraque prodere fata,*
Persarum ritu, malè pubescentibus annis
Surripuere viros, exsectaque viscera ferro
In Venerem fregere, atque vt fuga mobilis æui
Circumscripta mora properantes differat annos.
Quare se natam non inuenit. omnibus ergo
*Scorta placent, *fractique enerui corpore gressus,*
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis.
*Quæque * virum quærit. ecce Afris eruta terris*

Citrea

*paucula deesse videntur
*v.c. peragebantur.
*ita v.c. conlaudabat coniectura ducti posui: cũ vul. esset. Ac spireũ cũ laud.
*mend. locus.
*& læsa
*ita v.c.
* ita coniectura ducti scripsimus. vulg. fames
*ita ex coniectura: vulg. adfari.
*v.c. nobilis
*vulg. facti
*ita v.c. vul. iure

Citrea mensa, greges seruorum, ostrumque renidens
Ponitur; ac maculis mutatur vilibus aurum,
Quæ turbant sensum; hostile ac malè nobile lignum
Turba sepulta mero circumuenit: omniaque orbis
Præmia correptis miles vagus exstruit armis.
Ingeniosa gula est: Siculo scarus æquore mersus
Ad mensam viuus perducitur; atque Lucrinis
Eruta litoribus vendunt conchilia cenis,
Vt renouent per damna famem. iam Phasidis vnda
Orbata est auibus, mutoque in litore tantùm
Solæ desertis adspirant frondibus auræ.
Nec minor in Campo furor est, emptique Quirites
Ad prædam, strepitumque lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis Curia patrum.
Est fauor in precio. senibus quoque libera virtus
Exciderat, sparsisque opibus conuersa potestas,
Ipsaque maiestas auro corrupta iacebat.
Pellitur à populo victus Cato: tristior ille est
Qui vicit: fascesque pudet rapuisse Catoni.
Namque hoc dedecoris populo, morumque ruina
Non homo pulsus erat, sed in vno victa potestas,
Romanumque decus. quare tam perdita Roma
Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda,
Præterea geminam depræensam gurgite prædam
Feneris illuuies vsusque exederat æris:
Nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus:
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens curis latrantibus errat.

Arma placent miseris; detritaque commoda luxu,
Vulneribus reparantur. inops audacia, tuta est.
*ita v.c. vul. Hoc *Hæc mersant cœno Romam somnoque iacentem*
Quæ poterant artes sana ratione mouere,
Ni furor & bellum, ferroque exscissa libido.
Tres tulerat Fortuna duces, quos obruit omnis
Armorum strue diuersa feralis Erinnys.
Crassũ Parthus habet, Libyco iacet æquore Magnus:
Tertius ingratam perfudit sanguine Romam.
Et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra,
Diuisit cineres. hos gloria reddit honores.
Est locus exciso penitus demersus hiatu
* ita scrib. v.c. *Parthenopen inter, † magnæque Dicarchidos arua*
*f. Cocyti, vel Cocytea. *†Cocyta perfusus aqua; nam spiritus extrà*
Qui furit, effusus funesto spargitur æstu.
Non hæc auctumno tellus viret, aut alit herbas,
Cespite lætus ager; non verno persona cantu
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos & nigro squalentia pumice saxa
Gaudent ferali circumtumulata cupressu.
Has inter sedes Ditis, pater extulit ora
Bustorum flammis & cana sparsa fauilla,
Ac tali volucrem Fortunam voce lacessit.
Rerum humanarum, diuinarumque potestas,
Quæ noua semper amas, & mox possessa relinquis;
Ecquid Romano sentis te pondere victam?
Nec posse vlterius perituram extollere molem?
Ipsa suas vires odit Romana iuuentus,

Et

Et quas struxit opes male sustinet. adspice latè
Luxuriam spoliorum, & censum in damna furentem.
†Aedificant auro, sedesque ad sidera mittunt. *De insanis Ro. ædificationibus Cicero, aliiq; multi.
Expelluntur aquæ saxis, mare nascitur aruis,
Et permutata rerum statione rebellant.
En etiam mea regna petunt, perfossa dehiscit
Molibus insanis tellus: iam montibus † austriis *ita v.c. vul. austris
Antra gemunt: & dum vanus lapis inuenit vsum,
Inferni manes cælum sperare fatentur.
Quare age Fors muta pacatum in prœlia vultum,
Romanosque cie; ac nostris da funera regnis.
Iam pridem nullo perfudimus ora cruore,
Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus,
Ex quo Syllanus bibit ensis, & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas sanguine fruges.
Hæc vbi dicta dedit, dextræ coniungere dextram
Conatus, rupto tellurem soluit hiatu.
Tunc Fortuna leui defudit pectore voces:
O genitor, cui Cocyti penetralia parent,
Si modò vera mihi fas est impunè profari.
Vota mihi †cedunt; nec enim minor ira rebellat, * v.c. cedent.
Pectore in hoc, leniorque exurit flamma medullas.
†Omnia, quæ tribui Romanis †arcibus, odi: *ita coniectura ducti scripsimus. vulg. Omniaque. *v.c. artibus.
Muneribusque meis irascor. † destruet istas *ita v.c. vul. destruat.
Idem qui posuit moles deus: † & mihi cordi
Quippe cremare viros, & sanguine pascere luxum.
Cerno equidem gemina iam strictos morte Philippos, *f. est
Thessaliæque rogos, & funera gentis Iberæ.

 Iam

*Iam fragor armorum trepidantes personat * aures*
Et Libye, cerno tua Nile gementia castra;
Actiacosque sinus, & Apollinis arma timentes.
Pande age terrarum sitientia regna tuarum,
*Atq; animas accerse nouas. vix nauita *porthmeus*
Sufficiet simulacra virûm traducere cymba:
Classe opus est: tuque ingenti satiare ruina
Pallida Tisiphone, conscissaque vulnera manda.
Ad Stygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat, cùm fulgure rupta corusco
Intremuit nubes, elisosque abscidit ignes.
Subsedit pater vmbrarum, gremioque reductus
Telluris, pauitans fraternos palluit ictus.
Continuò clades hominum venturaque damna
Auspiciis patuere deûm: namque ore cruento
Deformis titubans vultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum spirare putares.
Parte alia plenos extinxit Cynthia vultus,
Et lucem sceleri subduxit: rupta tonabant
Verticibus lassis montis iuga, nec vaga passim
Flumina per notas ibant morientia ripas.
Armorum strepitu cælum furit, & tuba mortem
**Sideribus armis acta ciet. iamque Aetna *vocatur*
Ignibus insolitis, & in æthera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos, atque ossa arentia bustis
Vmbrarum facies diro stridore minatur:
Fax stellis comitata nouis incendia ducit,
Sanguineoque recens descendit Iuppiter igne.

Hæc

*ita v.c. vul. auras

*ita coniectura ducti scripsimus: vtitur & Iuuen. ea voce Græca, Charontē portitorem designante.

*mend. v.co. pro armis, trinis, habet.

*f. voratur

Hæc oſtenta breui ſoluit deus: exuit omnes
Quippe moras Cæſar, vindictæque actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſubſtulit arma.
*Alpibus aëriis, vbi Graio nomine *pulſo* *f. pulſa
Deſcendunt rupes, & ſe patiuntur adiri,
Eſt locus Herculeis aris ſacer: hunc niue dura
Claudit hiems, canoque ad ſidera vertice tollit:
Cælum illinc cecidiſſe putes: non ſolis aduſti
Manſueſcunt radij: non verni temporis aura;
Sed glacie concreta, rigens hiemiſque pruinis.
**Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.* *locus mend. videtur.
Hæc vbi calcauit Cæſar iuga milite læto,
** Orauitque locum ſummo de vertice montis,* *v.c. Intrauit'que. f. Optauit'que.
Heſperiæ campos latè proſpexit, & ambas
Intentans cum voce manus ad ſidera, dixit:
Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia tellus
Armis læta meis, olimque onerata triumphis,
Teſtor ad has acies inuitum arceſſere Martem,
Inuitas me ferre manus; ſed vulnere cogor,
Pulſus ab vrbe mea, dum Rhenum ſanguine vinco:
Dum Gallos iterum Capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo, vincendo certior exul.
Sanguine Germano, ſexagintaque triumphis
Eſſe nocens cœpi. quanquam quos gloria terret,
Aut qui ſunt qui bella vident? mercedibus emptæ
Ac viles operæ, quorum eſt mea Roma nouerca,
Vt reor haud impune, nec hanc ſine vindice dextram
Vinciet ignauus. victores ite ferentes

Ite mei comites, & caussam dicite ferro.
Namque omnes vnum crimen vocat, omnibus vna
Impendet clades. reddenda est gratia vobis;
Non solus vici. quare, quia pœna tropæis
Imminet, & sordes meruit victoria nostra,
Iudice fortuna cadat alea: sumite bellum.
Et tentate manus. certè mea caussa peracta est,
Inter tot fortes armatus nescio vinci.
*Hæc vbi personuit, de cælo *Delphicus ales*
**Omina læta dedit pepulitque *meatibus auras.*
Necnon horrendi nemoris de parte sinistra
*Insolitæ voces flamma sonuere *frequenti.*
Ipse nitor Phœbi vulgato latior orbe
Creuit & aurato præcinxit fulgure vultus,
Fortior ominibus mouit Mauortia signa
Cæsar, & insolito gressus prior occupat ausus.
Prima quidem glacies, & cana iuncta pruina
Non pugnauit humus, mitique quieuit honore:
Sed postquam turmæ nimbos fregere ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarum vincula rupit;
Incaluere niues, mox flumina montibus altis
Vndabant modò nata: sed hæc quoque missa putares,
**Vinctaque mox stabant; fluctus stupuere pruina,*
Et paullò ante lues iam concidenda iacebat:
Tum verò malefida prius vestigia lusit,
Decepitque pedes. passim turmæque virique
Armaque congesta strue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concussæ flamine nubes

*.i. aquila
* ita coniectura ducti scripsimus. vulg. Omnia. mox. fortior ominibus.
*ita v.c. vulg. è mentibus
*Sic v.c. vul. sequenti.
*v.c. aurato. f. insolitos.
*ita v.c.

Exo-

Exonerabantur: nec rupti turbine venti
Deerant, ac tumida confractum grandine cælum.
Ipsæ iam nubes ruptæ super arma cadebant,
Et concreta gelu ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti tellus niue, victaque cæli
Sidera, victa suis hærentia flumina ripis;
Nondum Cæsar erat: sed magnam nixus in hastam,
Horrida securis frangebat gressibus arua:
Qualis Caucasea decurrens arduus arce
Amphitryoniades; aut toruo Iuppiter ore
Cúm se verticibus magni demisit Olympi,
Et periturorum deiecit tela gigantum.
Dum Cæsar tumidas iratus deprimit arces:
Interea volucer motis conterrita pennis
Fama volat, summique petit iuga celsa Palati,
*Atque hæc Romano * tonito ferit omnia signa;* *f. attonito fert omina sæua.
Iam classes fluitare mari, totasque per Alpes
Feruere Germano perfusas sanguine turmas.
Arma, cruor, cædes, incendia, totaque bella
Ante oculos volitant. ergo pulsata tumultu
Pectora, perque duas scinduntur territa caussas.
Huic fuga per terras; illi magis vnda probatur,
*Et *patriæ est pontus, & iam timor: est magis arma* *f. patria est pontus, sed iam timor. est
*Qui tentata velit: fatisque iubentibus *acti,* *v. c. icti f. actus.
Quantum quisque timet, tantum fugit, ocyor ipse.
Hos inter motus populus (miserabile visu)
Quo mens icta iubet, deserta ducitur vrbe.
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites

Rumores sonitu mærentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet, ille Penates
Occultat gremio, deploratumque relinquit
Limen, & absentem votis interficit hostem.
Sunt qui coniugibus mærentia pectora iungant,
Grandæuosque patres oneris ignara iuuentus
Id, pro quo metuit, tantùm trahit: omnia secum
Hinc vehit imprudens, prædamque in prœlia ducit.
Ac velut ex alto cùm magnus inhorruit auster,
Et pulsas euertit aquas; non arma ministris,
Non regimen prodest; ligat alter pondera pinus;
Alter tuta sinu, tranquillaque litora quærit;
Hic dat vela fugæ, fortunæque omnia credit.
Quid tã parua queror? gemino cum cõsule, Magnus,
f. repertus *Ille tremor Ponti, sæuique * repertor Hydaspis,*
Et piratarum scopulus, modò quem ter ouantem
Iuppiter horruerat; quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat summissa Bosphoros vnda,
(Prô dolor) imperij deserto nomine, fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoque terga videret.
Ergo tanta lues diuûm quoque numina vidit,
Consensitque fugæ cæli timor. ecce per orbem
Mitis turba deûm terras exosa furentis
Deserit, atque hominum damnatum auertitur agmẽ.
Pax prima ante alias niueos pulsata lacertos
Abscondit galea victum caput, atque relicto
Orbe, fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it syncera Fides, & crine soluto

Iustitia

Iustitia, ac mærens lacera Concordia palla.
At contrà, sedes Erebi qua rupta dehiscit,
Emergit latè Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibusque armata Megæra;
Letumque, insidiæque, & lurida Mortis imago:
Quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum latè tollit caput, oraque mille
Vulneribus confossa cruenta casside velat.
Heret detritus læuæ Mauortius vmbo
Innumerabilibus telis grauis, atque flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra deos, mutataque sidera pondus
Quæsiuere suum: namque omnis regia cæli
In partes diducta ruit, primumque Dione
Cæsaris acta sui ducit; comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens Mauortius hastam:
Magnaque cum Phœbo soror, & Cyllenia proles
Excipit, ac totis similis Tirynthius actis.
Intremuere tubæ, ac scisso Discordia crine
Extulit ad superos Stygium caput: huius in ore
Concretus sanguis, contusaque lumina flebant:
Stabant irati scabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora:
Atque inter toto laceratam pectore vestem
**Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.* *f. Sanguinea tremulam*
Hæc vt Cocyti tenebras, & tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis Apennini;
Vnde omnes terras, atque omnia litora posset

Adspi-

Adſpicere, ac toto fluitantes orbe cateruas;
Atque has erupit furibundo pectore voces.
Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma,
Sumite, & in medias immittite lampadas vrbes.
Vincetur quicumque latet: non fœmina ceſſet,
Non puer, aut æuo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat tellus, lacerataque tecta rebellent.
†Tu legem Marcelle tene; tu concute plebem
Curio; tu fortem neu ſupprime Lentule Martem.
Quid porrò tu diue tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſoluis?
Theſaurosque rapis? neſcis tu Magne tueri
Romanas acies, Epidauria mœnia quære,
Theſſalicosque ſinus humano ſanguine tinge.
Factum eſt in terris quicquid Diſcordia iuſsit.

De lege Claudia, ſeu Marcelli in Cæſarem & Curionis tribuni pl. ſeditionibus, vide Suet. Cæſ.

Cùm hæc Eumolpus ingenti volubilitate effudiſſet, tādem Crotona venimus; vbi quidē paruo diuerſorio refecti, poſtero die ampliori fortitudine domum quærentes, incidimus in turbam heredipetarum, ſciſcitantium quid genus hominum, aut vnde veniremus. †ex præſcripto ergo conſilij communis, exaggerata verborum volubilitate, vnde, aut qui eſſemus, haud dubiè credentibus indicauimus. Procedentibus demum longiùs rogaui ancillam vt platea noua duceret dominam. placuit ancillæ conſilium. itaque collegit altiùs tunicam, flexitque ſe in *cadopho-na

vetus SC. Formula; D. C.C.S. id eſt, de communi conſilij ſententia.

**v. c. adophona*

na qui ambitioni herebat. nec diu morata, dominam perducit latebris; lateriq́ue meo applicat mulierẽ omnibus ſimulacris emendatiorem. nulla vox eſt, quæ formam eius poſſit comprehendere: nam quidquid dixero, minus erit. crines ingenio ſuo flexi, per totos ſe humeros effuderant: frons minima, & quæ radices capillorum retro flexerat: & ſupercilia vſque ad malarum † ſcripturam currentia, & † rurſus confinio luminum pænè permixta: oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus; nares paullulum inflexę; & oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. iam mentum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor † exſtinxerat. itaque tunc primùm Doxida vetus amator contempſi.

*v.c. iunctu-ram

*ita v. c. vul. fuſus

*ita v.c. vul. exſtrinxerat.

Quid factum eſt, quòd tu proiectis Iuppiter armis,
Inter cælicolas fabula muta taces?
Nunc erat à torua ſummittere cornua fronte,
Nunc pluma crines diſsimulare tuos.
Hæc vera eſt Danaë: tenta modò tangere corpus,
Iam tua flammifero membra calore fluent.

Delectata illa riſit tam blandum, vt videretùr mihi plenum os extra nubem luna proferre. mox digitis gubernantibus vocem, ſi non faſtidis, inquit, feminam ornatam, & hoc

hoc primum anno virum expertam concilio tibi, ô iuuenis: sororem habet; & tu quidem fratrem; neque enim me piguit quærere: sed quid prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio: tu tamen dignare & meum osculum cùm libuerit, cognoscere. imò, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere; inuenies religiosum, si te adorari permiseris. ac ne me iudices ad hoc templum gratis accedere, dono tibi fratrem meum. quid ni; inquit illa, dones eum mihi, sine quo non potes viuere; ex cuius osculo pendes; quem sic tu amas, quemadmodum ego te volo. Hæc ipsa cùm diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertentabat aëra, vt putares *intus aures canere Sirenum concordiam. Itaque miranti, & toto mihi clarius cælo nescio quid relucente, libuit nomen deæ quærere. Ita, inquit, non dixit tibi ancilla mea Circen me vocari? non, sum quidem Solis progenies, nec mea mater dum placet, labentis mundi cursum detinuit: habeo tamen quod cælo imputem, si non fata coniunxerunt. imo iam nescio quid tacitis cogitationibus deus agit. nec sine caussa *belieno nece amat. Sed inter hæc nomina magna fax surgit. sume ergo am-

*ita v.c. vul. inter.

* v. c. bolieno. puto leg. O bienon Circe. vide prox. pag. ibi, Olienos Circa falutem.

amplexũ,si placet:neque est quòd curiosum aliquem extimescas; longè ab hoc loco frater est. Dixit hæc Circe, implicitumque brachiis mollioribus pluma deduxit in terram vario gramine * indutam. *Cicero, alii q; dicũt, vestitã

Idæo quales fundit de vertice flores
*Terra parens, cùm se * confesso * vinxit amori* *f. concesso *v.c. iunxit.
Iuppiter,& toto concepit pectore flammas,
Emicuere rosæ,ridetque & molle cyperon,
Albaque de viridi riserunt lilia prato:
Talis humus Venerem molles clamauit in herbas.

In hoc gramine pariter compositi mille osculis lusimus quærentes voluptatem robustam. * *Deesse quid videtur.

Nocte soporifera veluti cùm somnia ludunt
Errantes oculos, effossaque protulit aurum
In lucem tellus,versat manus improba furtum
Thesaurosque rapit,sudor quoque proluit ora,
Candidiorque dies secreto fauit amori;
Et mentem timor altus habet,ne forte grauatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox vbi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraque forma redit; animus quod perdidit, optat,
Atque in præterita se totus imagine versat.

Cubiculum autem meũ Chrysis intrauit, codicillosq; mihi dominę suę*reddit,in quibus *reddidit

bus hæc erant ſcripta: Si libidinoſa eſſem, quererer decepta;nunc & gratias languori ago,†in vmbra voluptatis diutius luſi. quid tamen agas quæro, & an tuis pedibus perueneris domum, negant enim medici ſine neruis poſſe ire. narrabo tibi adoleſcens; paralyſim caue: numquam ægrum tam magno periculo vidi. mediusfidius iam periſti. quid ſi idem frigus genua manusque tentauerit tuas, † licet ad tubicines mittas. Quid ergo eſt? etiā ſi grauem iniuriam accepi, homini tam miſero non inuideo medicinam. ſi vis ſanus eſſe, Gytona rogo: recipies inquam neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris. nam quod ad me attinet, non timeo ne quis inueniatur, cui nō minus placeā. nec ſpeculū mihi, nec fama mentitur. Vt intellexit Chryſis me perlegiſſe totum conuicium, ſolet, inquit, fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam lunam deducunt. itaque huius quoque rei cura agitur, reſcribe blandiùs dominæ; animumq; candida humanitate † reſtitue. verū enim fatendum, ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non eſt. Libenter quidem parui ancillæ, verbaque codicillis talia impoſui: Olienos Circe ſalutem: Fateor domina me ſæpe peccaſſe; nam & hômo ſum, & adhuc iuuenis: numquam tamen ante hunc diem vſque

*f. quòd in

*i. perieris totus. tubicines arceſſebantur ad exequias.

*v.e. reſtituemus.

vſque ad mortem deliqui. habe, inquam, confitẽtem reum, quidquid iuſſeris, merui. proditionem feci, homines occidi, templum violaui. in hæc facinora quære ſupplicium; ſiue occidere placet, ferro meo venio: ſiue verberibus contenta es, curro nudus ad dominam. id tantùm memẽto, nõ me, ſed inſtrumenta peccaſſe. *paratus miles arma nõ habui. quis hæc turbauerit, neſcio: forſitan animus antecesſerit moram corporis: forſitan dum omni concupiſco voluptatem tempore, conſumpſi. non inuenio quod feci. Paralyſim tamen cauere iubes; tamquam maior fieri poſſit, quæ abſtulit mihi, per quod etiam te habere potui. Summa tamen excuſationis meæ hæc eſt. placebo tibi, ſi me culpam emendare permiſeris.

*f. paratu

Nobilis æſtiuas platanus diffuderat vmbras,
Et baccis redimita daphne, tremulæque cupreſſus,
Et circumtonſæ trepidanti vertice pinus:
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
*Spumeus, & querulo vexabat rore *lapillos.*
Dignus amore locus. teſtis ſilueſter aëdon,
*Atque vrbana Progne; quæ circum gramina *fuſæ*
Ac molles violas, cantu ſua rura colebant.

** ita coniectura ducti ſcripſimus. vulg. capillos*

**f. fuſa*

*Tremebat illa reſoluta marmoreis *ciuibus aureum tortum, myrtoque florenti quietum verberabat. Itaque vt me vidit, paullu-

**ita v.l. vul. fremebat*

**locus mend. f. crinibus*

lum

lum erubuit, hesternæ ſcilicet iniuriæ memor: deinde vt remotis omnibus ſecundum inuitantem conſedi, ramum ſuper oculos meos poſuit, & quaſi pariete interiecto audacior facta, quid, inquit, paralytice, ecquid hodie * lotus veniſti? rogas, inquam, * ergo potius quàm tentas? totoque corpore in amplexum eius immiſſus * non precantis, vſque ad ſatietatem oſculis fruor. Quod ſolum igitur ſaluo pudore poteram contingere, languorem * ſimulaui; condituſq; lecticulo, totum ignem furoris in eam conuerti; quæ'ue omnium malorum cauſſa fuerat,

**ita ex coniectura ſcripſi. vul. totus. ita & in Tibul. malè eſt, tota pro lota.*
**ſ. ego*
**ſ. cumprecantis*
**ita v.c. vul. putans*

Ter corripui terribilem manu bipennem,
Ter languidior coliculi repente thyrſo,
Ferrum timui, quod trepido dabat malè vſum.
Nec iam poteram, quod modò conficere libebat.
Namque illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in viſcera mille operta rugis.
**Ita non potui ſupplicio caput aperire:*
Sed furciferæ mortifero timore luſus,
Ad verba, magis quæ poterant nocere, fugi.

**ſic vet. cod. vulg. iam*

Erectus igitur in cubitum, hac ferè oratione vexaui contumacem: quid dicis, inquam, omnium hominum deorumque pudor? nã ne nominare quidẽ te inter res ſerias fas eſt. hoc de te merui, vt me in cęlo poſitum ad inferos traheres?

Illa

Illa solo fixos oculos diuersa tenebat:
*Nec magis *incerto vultus sermone mouetur,* *v.c. inepto
Quàm lentæ salices, lassoue papauera collo.

Nec minus ego tam fœda obiurgatione finita, pænitentiam agere sermonis mei cœpi; secretoque rubore perfundi, quod oblitus verecundiæ meæ, cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad cognitionem quidẽ admittere seuerioris notæ homines solent. Mox perfricata diutiùs fronte, quid autem ego, inquã, mali feci, si dolorem meum * naturali conuicio exoneraui? aut quid est, quod in corpore humano ventri maledicere solemus, aut gulæ, capitique etiam cùm sæpius dolet; quid? num vt Vlyxes cum corde litigat suo? *v.c. naturali

Quid me spectatis constricta fronte Catones?
Damnatisque nouæ simplicitatis opus?
Sermonis puri non tristis gratia ridet:
Quodque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit?
*Quis petit in tepido membra * calere toro?* *ita vet. ed.
Ipse pater veri doctus Epicurus in arce
Iussit, & hanc vitam dixit habere deos.

Hac declamatione finita Gytona voco; &, narra mihi, inquam, frater, Si ea nocte, qua te mihi Ascyltos subduxit, vsq; in iniuriam vigilauit? an contentus fuit vidua pudicaque

nocte? Tetigit puer oculos suos. conceptisque iurauit verbis sibi ab Ascylto nullam vim factam: positoque in limine genu sic deprecatur sua *numina versu.

**ita v.c. vul. victima. f. suauissimo*

Nympharum Bacchiq; comes, quem pulcra Dione
Diuitibus siluis numen dedit; inclyta paret
Cui Lesbos, viridisque Thasos, quem Lydus adorat
Septifluus, templumque tuis imponit Hypœpis;
Huc ades, & Bachi tutor, Dryadumque voluptas,
Sed timidas admitte preces: non sanguine tristi
Perfusus venio; non templis impius hostis
Admoui dextram; sed inops, & rebus egenis
Attritus, facinus non toto corpore feci.
Quisquis inops peccat, minor est reus. hac prece quæso,
Exonera mentem, culpæque ignosce minori.
*Et *quandoque mihi fortunæ arriserit hora,*
Non sine honore tuum patiar decus; ibit ad aras
*Corniger, & querulæ *fetus suis, hostia lactens,*
Spumabit pateris hornus liquor; & ter ouantem
Circa delubrum gressum feret ebria pubes.

**. i. quandocumque, vt aliás sæpe*

**ita leg. vul. festus*

Cùm hæc ago, sollertique cura deposito meo caueo, intrauit delubrum anus laceratis crinibus, atraque veste deformis; extraq; vestibulum me iniecta manu duxit, ac me iterum in cællam sacerdotis nihil recusantem perduxit, impulitque supra lectum, & arundinem rapuit ab ostio: iterumque nihil respondentem mulcauit: ac nisi primò quasi

sata

ſata arundo impetum verberantis minuiſſet, forſitan etiam brachia mea,caputq́ue fregiſſet.ingemui ego vtique propter maſturbatorem, lacrimiſq́ue vbertim manantibus obſcuratum dextra caput ſuper puluinar inclinaui. Nec minus illa fletu confuſa altera parte lectuli ſedit, ætatiſq́ue longæ moram tremulis vocibus cœpit accuſare. Interuenit ſacerdos,quid vos,inquit, in cællam meã tamquam ante recens buſtum veniſtis? O,inquit *Genothea, hunc adoleſcentem quem vides,malo aſtro natus eſt: namque neque puero puella bona ſua vendere poteſt. ad ſummam qualem putas eſſe, qui de Circes toro ſine voluptate ſurrexit? .....

*ita v.c. vul. Genetra

Quidquid in orbe vides,paret mihi; florida tellus,
Cùm volo, ſpiſſatis areſcit languida ſuccis;
*Cum volo, fundit aquas *ſcopulus,atq; horrida ſaxa*
Niliades iaculantur aquas: mihi pontus inertes
Summittit fluctus; zephyriq́ue tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. mihi flumina parent,
Hircanæq́ue tigres, iuſſi & ſeruire dracones.
Quid leuiora loquor? lunæ deſcendit imago
Carminibus deducta meis;trepidusq́ue furentes
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantùm dicta valent: taurorum flamma quieſcit
Virgineis exſtincta ſacris: Phebeia Circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Vlyxis:

*ita coniectura ducti ſcripſimus: vulg. ſcopulus

Proteus esse solet, quidquid libet. his ego callens.
Artibus Idæos frutices in gurgite sistam;
Et rursus fluuios in summo vertice ponam.

*f. ego Inhorrui * ergo tali fabulatione conterritus, anumque diligentiùs inspicere cœpi. Ergo, ô Genothea exclamat, imperio para te. mox incincta quadrato pallio, cucumam ingentem foco apposuit; detersisq; curiosè manibus, inclinauit se in lectú, ac me semel iterumque basiauit; simulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad vsum reposita. Vt soluit ergo licio pannum, partem leguminis super mensam effudit, iussitque me diligenter purgare. Seruio ego imperio, granaque sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego. At illa inertiam meá accusans improbat, tollit, dentibusque folliculos * peritè spoliat, atque in terram veluti muscarum imagines, despuit. Mirabile quidem paupertatis ingenium, * singulariumq; rerum quædam artes.

*v.c. pariter
*ita vet. ed.

Indum non fulgebat ebur, quod inheserat auro,
*v.c. falcato *Nec iam *calcato radiabat marmore terra*
Muneribus delusa suis: sed crate saligna
Impositum Cereris vacuæ nemus, & noua terræ
*v.c. astu *Pocula, quæ facili vilis rota finxerat *actu.*
Hinc mollis stillæ latus, & de caudice lento
Vimineæ lances, maculataque testa Lyæo,

Et

Et paries circà, palea ſatiatus inani,
Fortuitoque luto clauos numerabat agreſtes;
Et viridi iunco gracilis pendebat arundo.
Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo
Conſeruabat opes humilis caſa, mitia ſeruo.
*Inter odoratas pendebat * texta coronas*
Et tymbræ veteres, & paſſis vua racemis.
Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hecale, quam muſa loquentibus annis
** Battiadæ veteris mirando tradidit æuo.*

**v. c. teſta*

**ita partim ex v.c. partim coniectura du cti reſtituimꝰ. Hecales anus Atticæ cenā terreſtrē Theſeo adpoſitam Battiades. i. Callimachus celebrat. vide Plinium.*

Tum illa carnis etiam paullulum delibat; & dum coæquale natalium ſuorum ſinciput in carnarium furca reponit, fracta eſt putris ſella, quæ ſtaturæ altitudinem adiecerat, atque numq́ue pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit. frangitur ergo ceruix cucumæ, ignemq́ue conualeſcentem reſtinguit, atque totam faciē excitato *funere perfudit. Conſurrexi equidem turbatus, anumq́ue non ſine riſu erexi. itaque ad caſæ oſtiolū *proceſſi. & ecce anſeres ſacri impetum in me faciūt, fœdoque, ac veluti rabioſo ſtridore circumſiſtunt trepidātem. atque alius tunicam meā lacerat, alius vincula calciamentorum reſoluit, ac trahit; vnus etiā dux, ac magiſter ſæuitiæ non dubitauit crus meum ſerrato vexare morſu. Oblitus itaque nugarum, pedem

**ſ. cinere, vel, puluere.*

**ſ. proceſſit.*

mensulæ extorsi, cœpique pugnacissimum animal armata elidere manu. nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicaui.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
*Ad cælum fugisse reor, * pæneque fluentes*
*Harpyias; cùm * furtiuo maduere veneno*
Fallaces epulæ. tremuit perterritus æther
Planctibus insolitis, confusaque regia cæli.

*f. pænæ' que fluentes.
*v.c. Phyneo.

Cùm protuli anserem, anus vt vidit, tam magnum æquè sustulit clamorem, vt putares iterum anseres limen intrasse. confusus itaque, & nouitate facinoris attonitus, quærebam quid excanduisset, aut quare anseris potiùs, quàm mei misereretur. At illa complosis manibus, scelerate, inquit, & loqueris? nescius, quàm magnum flagitium admisisti. occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis acceptissimum. Itaque ne te putes nihil egisse, si magistratus hoc scierit, ibis in crucem: polluisti sanguine domiciliũ meum inuiolatum, fecistique, vt me quisquis voluerit inimicus, sacerdotio pellat.

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.
*Vxorem ducat * Danaen, ipsumque licebit*
Acrisium iubeat credere quod Danaen.

*o.s. Daphni

Carmina

Carmina componat; declamet, concrepet omneis
Et peragat caussas, sitque Catone prior,
Iurisconsultus, *PARET, NON PARET, *habeto,*
Atque esto, quidquid Seruius & Labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus opta,
*Et * veniet : clausum poßidet arca Iouem.*

*ita leg. sunt verba ex formulis Iurisc. cõs. vide Fest.

*f. Euenet

Alia quædam Petronii fragmenta hinc inde collecta.

Ex Henrici Memmij cod.vet.

In verba Eumolpi ſacramentum iurauimus vri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quidquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tamquã legitimi gladiatores domino corpora, animoſque religioſiſſimè addicimus.

Ex Terentiano de verſibus lib.extremo.

Memphitides puellæ
Sacris deûm paratæ;
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

Et hos videtur indicare eſſe Petronij.

Iuuerunt ſegetes meum laborem.

Et mox;

Triplici vides vt ortu
Triuiæ rotetur ignis:
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.

Ex Diomed. Lib. 3.

Anus recocta vino, trementibus labellis.

Ex Fulgentio, & Priſciano.

Sic contra rerum naturæ munera nota,

Coruus

Coruus maturis frugibus oua refert.

Cui vultur iecur vltimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est quem tepidi vocant poëtæ,
Sed cordis mala, liuor atque luxus.

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

Sic commissa ferens, auidus reserare minister
Fodit humum, Regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonum, calamique loquentes
Inuenere Midam, qualem conceperat index.

Nam centum venales me allucitæ molestabant.

Tot regum manubiæ penes fugitiuum restiterant.

In aumarium memet ipsum conieci.

Abrosa valgia labello.

Postquam ferculum adlatum.

Pag. 53. ver. 1. Vide, num pro, masturbatorem, retineri possit vulg. lectio, mascarpionem. pag. 6. ver. 7. leg. imitatus. pag. 32. ver. 25. leg. crinibus vultum.

AD LECTOREM.

DEDIMVS, amice lector, ea, quę in præſentia habere potuimus; plura daturi, ſi, vti ſpero, eruditi viri noſtram operá iuuerint. Ne autem vacuæ aliquot eſſent paginæ, accipe; quædam eiuſdem argumenti, & fruere.

AMMIANVS LIB. XXX.

Poſtremum eſt genus, impudẽs, peruicax, & indoctum eorum, qui cùm immaturè à literariis eruperint ludis, per angulos ciuitatũ diſcurrunt, fores diuitũ deterendo, cenarum ciborumque aucupantes delicias exquiſitas: qui cùm ſemel vmbraticis lucris, & inhiandę vndiq; pecuniæ ſeſe dediderint; litigare fruſtra quoſlibet innocẽtes hortantur: & ad defendendá cauſſam admiſſi, quod raró contingit, ſuſcepti nomen & vim negotij ſub ore diſceptatoris inter ipſos conflictuum articulos inſtruuntur: circũlocutionibus indigeſtis ita ſcatẽtes, vt conluuionis teterrimę audire exiſtimes vlulabili clamore Therſiten. cùm autẽ ad inopiam muniendarũ venerint allegationum, ad effrenatá deflectunt conuiciádi licentiá: è quibus ita ſunt rudes nonnulli, vt nũquá ſe codices habuiſſe meminerint. & ſi in circulo doctorũ auctoris veteris inciderit

no-

nomē,piſcis,aut edulij peregrinũ eſſe vocabulum arbitrantur . nec iam fas vllũ præ oculis habēt; ſed tamquā auaritiæ venũdati, & vſucapti, nihil præter inſeminatā petendi licentiam norunt. & ſi quē ſemel intra retia ceperint,caſſibus mille impedicant,per morborũ ſimulationē viciſſim conſultò ceſſantes: vtq̃, peruulgati iuris proferatur lectio vna,ſeptem vendibiles introitus præparant,dilationũ examina longiſſima contexentes.& cũ nudatis litigatoribus dies,ceſſerint,& mēſes,& anni; tandē obtrita vetuſtate controuerſia, intromiſſa ipſa capita ſplendoris,ingreſſa alia ſecũ aduocatorum ſimulacra inducũt. cumq̃; intra cancellorum venerint ſępta,& agi cœperint alicuius fortunę,vel ſalus;atque laborari debeat,vt ab inſonte gladius, vel calamitoſo detrimēta pellãtur; cõrugatis hinc inde frontibus,cõſiſtitur altrinſecus diu. tandemq̃; ex præmeditato conludio per eũ,qui eſt in verba fidētior, ſuaue quoddā principiũ dicendi exeritur; & in eam concluſionem cunctis finem cupientibus deſinit,vt non dũ ſe patroni poſt ſpeciem litis triennium editā cauſſentur inſtructos: ſpatioq̃ue prorogati temporis impetrato, perſeueranter flagitant pulueris periculoſi mercedes.

Et lvcilivs
Apud Lactant. lib.5.

Nunc verò à mane ad noctem, festo atque profesto
Totus item pariterque die populusque patresque
Iactare endo foro se omnes, decedere nusquam,
Vni se atque eidem studio omnes dedere, & arti:
Verba dare vt cautè poßint, pugnare dolosè,
Blanditia certare, bonum simulare virum se,
Insidias facere, vt si hostes sint omnibus omnes.

Palladas.

Βέλτερον ἡγεμόνος ληστοκτόνου ἐς κρίσιν ἐλθεῖν,
ἢ τοῦ χειρούργου Γενναδίου παλάμας.
ὃς μὲν γὰρ φονέας ὁσίως συγέων κατατέμνει.
ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς, εἰς ἀΐδην κατάγει.

Ennius apud Cic.

Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somniûm.
Non enim sunt ij aut scientia, aut arte diuini,
Sed superstitiosi vates, impudentesque harioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmã ipsi petũt.
De his diuitiis sibi deducãt drachmã, reddãt cetera.

Lucilius lib. 6.

Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bul-

Bulgã, & quidquid habet nummorũ, secũ habet ipse:
Cum bulga cenat, dormit, lauit: omnis in vna
Spes hominis bulga, hac deuincta est cetera vita.

Lucilius apud Lactant. lib. 6.

Virtus, Albine, est pretium persoluere verum
Queis inuersamur, queis viuimus rebus potesse:
Virtus est homini, scire id quod quæquæ habeat res:
Virtus, scire homini, rectum, vtile, quid sit honestum,
Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhonestum.
Virtus, quærendæ rei finem scire, modumque:
Virtus, diuitiis pretium persoluere posse:
Virtus, id dare quod re ipsa debetur honori:
Hostem esse atque inimicum hominũ, morumque malorum,
Contrà defensorem hominum, morumque bonorum:
Magnificare hos, his bene velle, his viuere amicum,
Commoda præterea patriæ sibi prima putare;
Deinde parentum; tertia iam postremaque nostra.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS
PLANTINVS ANTVERPIAE,
ANNO M. D. LXV. VIII. CAL.
MARTII.